obruam litterarum. ut e contrario
incipias rogare ne scribam; sororem
filiam in xpo tuam. Gaudeo te
primum nuntiante in eo permanere
quo coeperat; Hic enim ubi nunc
sum non solum quid agatur in patria
sed an ipsa patria persistat ignoro;
Et licet me sinistro hibera excetra
rumore dilaniet. non timebo ho
minum iudicium habiturus iudicem
meum; si fractus inlabatur orbis.
inpauidum ferient ruinae; Qua
propter quaeso ut apostolici memor
praecepti. quo docet opus nostrum permane
re debere et tibi a domino praemium
in illius salute pares. et me de com
muni in xpo gloria crebris red
das sermonibus laetiorem;

XXVIII HIERONIMUS AD NICEAM
YPPODIACONUM
AQUILEIAE

Turpilius comicus.
tractans de uicissitudine lit
terarum. sola inquit res est quae
homines absentes praesentes faciat;
Nec falsam dedit quam in re noue
rat sententiam; Quid enim est ut
ita dicam tam praesens inter absentes.
quam per epistolas et adloqui et au
dire quos diligas. Nam et rudes
illi italiae homines quos casso
si hennius appellat. qui sibi ut
in rethoricis cicero ait
uicto ferro uictum requirebant.
ante cartae et membranarum usum.
aut in dedolatis ex ligno codicellis.
aut in corticibus arborum mutua
epistolarum alloquia missitabant;
Unde et portitores earum tabellarios.
et scriptores a libris arborum li
brarios uocauere; Quanto igitur
expolitatis artibus mundo id non debe
mus omittere. quod sibi praesti
terunt apud quos erat cruda rusti
citas. et qui humanitatem quodam
modo nesciebant. Ecce beatus
chromatius. cum sancto eusebio non plus
natura quam morum sibi aequalitate
germano. litterario me prouocauit
officio. Tu modo a nobis abiciens
recentem amicitiam. scindis potius
quam dissuis quod prudenter lilius uetat;
Nisi forte ita tibi exosus est oriens.
ut litteras quoque tuas huc uenire
formides; Expergiscere expergis
cere. euigila de somno. praesta
unam cartae scedulam caritati inter
dilicias patriae. et communes quam
habuimus peregrinationes aliquan
do suspira, si amas scribe. si iras
ceris iratus licet scribe, magnum
et hoc desiderii habebo solamen. si
amici litteras uel indignantis acci
piam,

XXVIIII HIERONIMUS AD
CRISOCOMAM MONA
CHUM AQUILEIAE

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0210